



Universitätsbibliothek Paderborn

Vitae Sanctorvm

complectens sanctos Mensium, Ivlivm Avgvstvm & Septembrem

Lippeloo, Zacharias

Coloniae Agrippinæ, 1603

Martyrvm S. Cassiani, Brixinensis Episcopi: ex Aurelio Prudentio; qui eiusdem acta, præclaro conscripsit carmine. Extat apud V. P. L. Surium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42728

454 VITA S. CASSIANI, BRIXINEN.

Vide Not. C.
Baron. in
martyr. Ro-
man.

MARTYRIVM S. CASSIANI, BRIXI-
nensis Episcopi: ex Aurelio Prudentio; qui eius-
dem acta, praelato conscripsit carmine. Exstat &
pud V.P.L. Surium.

13. Augu.

Imbuīt Imo-
læ teneros
pueros literis
& discipli-
nis.

Traditur
pueris S. E-
piscopus ex-
carnificadus.

Atrox sup-
plicium.

CASSIANVS Brixinensis antistes, cum ē
sede sua pulsus, Romam iter instituisse,
Imolam veniens, visum est ibidem sedē
figere: ac teneros puerorum animos literis ac
disciplinis imbuere. Cum verò eodem tempo-
re tempestas persecutionis vehementer fœ-
ret, & Christi cultores ad Iudicis tribunalia v-
bique abriperet, fuit & B. Cassianus in medium
productus: quod impia sacra cum persecutori-
bus colere recusasset. A quo cum esset quæstū,
quid artis aut officij exercebat, responsum est,
quod pueros & moribus & literis erudiret. Tūc
persecutor, quem spreuerat, præcipiti animi fu-
rore accensus, tradidit eum pueris, quos casti-
gando in se exasperauerat, diris excarnifican-
dum supplicijs: quamuis siquidem utilia sint
scientiæ bona, dura tamen semper solent esse
infantiæ, quæ in primis ab omni labore & mo-
lestia abhorret.

Igitur Cassianus vestibus spoliatus, & mani-
bus post tergum arctissimè reuinctis, agmini
puerorum stylis armato laniandus statuitur; vt
ij acriores à magistro poenas expeterent, qui æ-
grius illius disciplinas anteà pertulerant. Ita-
que in faciem & ad caput magistri, tabulæ &
buxa cerata franguntur, & præacutis stylis cō-
fessor Christi nunc foditur, nunc cæcatur; &
alijs summa vulnera, alijs altiora fagentibus,
dum leuiores manus grauiores fiunt, morte
dilat;

dilata, humili confessor voce precabatur, vt es-
sent viribus fortiores, & annos virtute trans-
cenderent, vt xtatis infirmitatem suppleret sæ-
ua crudelitas; & se velocitas amaritudine mor-
tis absolueret. Sed illi non contenti sola feri-
tate tortoris, sic magistri sui vulneribus illude-
bant; Tu armasti manus nostras, & ferrum hoc,
quod gerimus, tu donasti. Durores reddimus,
quam sensimus, plagas, & in te distictionem,
accepta libertate, punimus. Tandem pius Deus
Martyris sui tormenta miseratus, mortis vin-
cula dissoluit, & per venas totius corporis san-
guis effusus, piam animam Creatori suo red-
dedit.

MARTYRIV M S. HIPPOLYT I MILI- *Vide 2. Tom.*

tis, quo coronatus est Anno saluatoris 261. Vale- Annal. C. Ba-
ria: & Gal: Imp: 7. Ex ijs que extant apud V. P. ron. & Not.
L. Surium in vita S. Laurentij. in martyr.
Roman.

13. Aug.

HIPPOLITVS cum sacratissimū S. Lau-
rentij corpus, eximia cum pietate, mul-
tisque lachrymis ac gemitibus, adiuuā-
te Iustino Presbytero sepulturæ mandasset, clesia vrgēte
domum suam reuersus, allata secum altaris persecutio-
mysteria seruis & ancillis cōmunicauit; cum non tantum
que strata iam mensa accumbere vellet, subito Clericis, sed
militum insidijs oppressus, vincitusque catenis & Laicis cō-
ad Imperatorem ductus est. Qui à Tyranno ili- cessum fuit
cō veste, quæ Christianam religionem profite- Eucharistiā
batur, expoliatus, dijs sacrificare iussus est. At domii defer-
Hippolytus constans deorum contemptor, E- re. Vide de
go, inquit, Christianus sum: nec dijs sacrifico. eo Annales
Eo reipenso frequenter repetito vehementer eos Baronij
irritatus Tyrannus, primò os eius lapidibus tomo primo.

Ff 3

contun-